

**EPITHALAMIUM
LAURENTII CENAMII
ET CLARAE
BONVISIAE
PATRICIORUM...**


Guido Vannini



REVUE DE LA LITTÉRATURE
DE CLASSE FRANÇAISE
L'AN V
REVUE DE LA LITTÉRATURE
DE CLASSE FRANÇAISE



L'AN V
REVUE DE LA LITTÉRATURE
DE CLASSE FRANÇAISE




AD PERILLVSTREM

LAVRENTIVM CENAMIVM


PATRONVM OPTIMVM

PRÆFATIO



LANDVS Hymen rapit à cara Geni-
trice Puellam,
Et sine lite sacros imperat esse Toros
Ad Thalamos ego ritè tuos hūc car-
mine duxi,
Blandiloquā Musa sōllicitante Lyrā
Accipe Connubij faustissima signa
tuiq;

Vatis LAVRENTI qualiacunq; lege,
Hęc longis nostrum seclis testentur Amorem,
Et sit perpetui fructus Amoris Amor.



AD PERILLI VSTREI

LATENTIV GEMANIVM

TALONVM OTIVM


UNIVRSITATIS



In nomine domini Amen
Hic incipit liber primus
de rebus et personis
quibusdam in hac
universitate
notandis
et de quibusdam
aliquibus aliis
rebus et personis
quibusdam in hac
universitate
notandis



Item I. de rebus et personis
quibusdam in hac
universitate
notandis
et de quibusdam
aliquibus aliis
rebus et personis
quibusdam in hac
universitate
notandis





RONUBA quid cessas? cessit
lux publica mundi

Noxq; suos solito splendentior
explicat ignes,

Hesperus & tacitos Veneri dile-
ctus amores

Diffundit, deses quid Amantiū gaudia differis?
Te Duce iā Thalamiū subeat pulcherrima Nupta,
Nupta sui collū sed circumplexa Mariti;
Audin vt optatas exposcant omnia pompas
Atq; tuas sine amore moras, & seque veternum
Iā detestentur referentia plectra Triumphum?
Dulcè sonant Cythara, cōcordant carmina neruis
Blanda q; certatim testudo Cupidinis ignes
Victoresq; arcus, & spicula nescia vinci
Dū canit, attentaq; aures dulcissima late
Mella bibunt, plectrum recinit maiora superbū
Altiloqua iunctum voci Heroasq; Virosq;
Isse triumphatos cyprij sub lege Tyranni
Deuictū Plutona, & quot crudelia monstra (ūt.
Æthra fouet, vel terra parit, vel marmora claud
Sed qua Coniugij fuerit felicitis Origo,

Atria nobilium feruent, dum flamma blandus
Et formosus Hymen portat, tu praeses Amorum
Dic Erato, Valemq; doce, iuuat apta mouere
Colloquia, & rerum causas quae sisse latentes.

Aeneadi Genitrix prisca non immemor Urbis
Omnibus Iliades terris quae iura daturam
Romulus erexit Coeetu stipata Dearum
Atq; Cyskeriaca Corcha subuecta nitenti
Tyrrenas intrarat aquas, fauet aura secunda
Lataq; pacati ridet pellacia ponti,
Orta mari dat iura mari, placidissima quaeq;
Irce dit late uigiles iaculatur amores,
Neptuni grex omnis amat squamosa propago,
Et Phorci Chorus omnis amat, lasciuat arena
Plus aquo, & Veneris iussu commota calentis
Unda petit Zephyri amplexus, per lata videres
Aequora ludentes flammam; non ignibus unda
Non ignis nocet unda, at coiuuatus uterq;
Passim flamme scit Domina cum feruit uterq;
Illa suo qualis Marti placitura superbas
Admiratur opes, & luxu gaudet Amoresq;
Excitat, ut se dum vincit, flagrantius urat;
Soluerat interea roseo de pectore Cestum,
In quo blanditia molles, teneriq; lepores,
Flexanimes rixa, necnon certamina myrto

Digna

Digna Dionea, sermo iucundus, amorq;
Et blandi feritate ioci mortalia corda
Malcentes inerant, & crebris lata Trophais
Gratia fallaci fucans dulcedine mentes;
Alludunt circum mitissima Numina Conchã
Cymodoce resoluta comas, & nuda papillas
Nesae, Galatea fugit, Galatea ligustris
Candidior, fugit amplexus atq; oscula Nerei,
Fervidus, & Spathalẽ sequit. p. cerula Glaucus.
Huc Paphiam longẽ Matrẽ speculatus ab alto
Est dilapsus Amor, quẽ vultu, & lumine tecta
Gaudia prodentem Genitrix complexa lacertos
Ambrosios inter, claros mea vita Triumphos
Quos moliris ait? novi tua tela tuæq;
Inuictum dextra robur gaudentis opimis
Heroum exuuijs, & sueta vincere Coelum;
Non viles praefers pugnas, Titana Pherco
An seruire iterum cogis? Plutonaue nigro
Excitum Barathro sculas compellis in oras?
An Volucrẽ facis esse Iouẽ? niueumue Iuueniũ?
Nate refer sed cara refer mista oscula verbis,
Oscula meliis suis longẽ superantia nectar;
Ille autem. letare Parens iteras se tenaces
Nunc inuet amplexus, & basia mille, cupitam
Rettulimus palmam, nostrum Cenaminus arcũ
Telaq; iam sensit longo post tempore victus.

Lutenses inter longe pulcherrima Nymphas
Hunc ardet iungenda suo cum Cōiuge Cōiunxi
Restitit ille diu nostris parere sagittis, (ante,
Alter ut Hippolitus sed Amās nūc languet Am
Quoq; fuit maior labor, est mea gloria maior;
Multa mihi superata via est, superata volatu
Flumina plura mihi, populosa Lutetia testis,
Lugdunumq; rapax quā se fugat incitus undis
Illustris Rhodanus, necnon Ferraria testis;
Quid memorem nil pollentis centena pharetra
Spicula dum vixit Romana clarus in urbe
Frustrā effusa mihi? laniantē pectus acerbè
Sape tibi curam detexi, saepe labores
Es miserata meos, & consolata dolentem;
Vicinus alma Parens nō est meus arcus inultus,
Inuicto non colla iugo obluētantia serus
Si dedit, accensus tantò magis aestuat intus,
Aestuat, & certo paulatim liquitur igne,
Solis ut incerto glacies resoluta vapore;
Ardenter Gnosin formosam Bacchus amaui
Arcipotens Daphnen, nigra Danaeius Heros
Arsu in Andrōeda Hippomāes in Schoëide, maius
Laurenti tamen est vulnus, meliore cremari
Non poterat flamma, parili redamatur amore,
Aurea de nostris transfixit utrumq; sagitta,

Sic

Sic, & uterq; ardet, suspirat uterq; vicissim
Hac ait, & pendens tenera cervice Parentis
Nectareis figit blandus mille oscula labris
Et mellita Parens labris mille oscula sugens
Lata refert. magnã meã Nate potentia pugna
Pugnasti, & Myrto iussisti cedere Lauris;
Ille diu potuit nostras contemnere flammã
Inflammata gerens divino pectora Phoebõ,
Quo Duce Palladias mentem duxisse per artes
Sedulus, & Sophie sacros hausisse liquores
Arsit, & optatam potuit contingere metam;
Letitiã hinc illũ ceperunt tadia nostra
Teq; tuasq; odit maleficus corde sagittas;
Quaq; beant cupidas Hymenai federe mentes
Gaudia queis uastus calcatis cõcidat Orbis;
Sera licet tamen agnouit tua Numina, nostro
Imperioq; dedit iam se Cenamius, omnes
Quis numeros Veneri eripiat? quis iura rebellis
Nõ tua Nate prebet? prõ nrã potetia quanta est
Serius aut citius nobis dant omnia palmam;
Sed modò concordēs nodum iungamus in unum
Felices animos, est nostro numine dignum (das
Quod properãus opus, properẽus ad Æsaros un-
Nereidũ comitante Choro, vocat auxa morãtes
Et Thalamis elementa fauẽt, quid statis Amores
Nostra Cohors? Mater iubet, ocyus ite per altũ

Atq;

Rite paraturi, certatim incūbite, vestrum
Cuius opus magis eniteat monumenta laboris
Auram referet pharetram parthasq; sagittas,
Quaq; omnes pharetras praeclunt oscula iungā,
His dictis celerant pubes alata volatū,
Vallatamq; petunt praeclsis manibus Urbem,
Quam beat Etruscos inter super athera notam
Aurea LIBERTAS nulli cessura bonorum.
Iamq; Triumphantes fuerant ingressa Penates
Sydere Conspicuos Veneri cara agmina Fratru,
Cum diuisa manus varios festinat ad usus,
Abducunt alij viridanti limina Myrto
Et circum festos aurato cardine postes
Agglomerant tempestatem florisq; rosaq;
Incendunt alij raro penetralia succo
Quē mittit Meroe vel quē de Tigride Medus;
Pars liquido gestit de fonte excire procaces
Naiadas, ut sacra possint assistere pompe;
Pars maior tyrio splendens Geniale cubile
Componit textu, dulci studiosa labori
Cui se sponte sua Sociam Concordia iungit;
Iam lectus nitet in Thalamis opus admirandum,
Quale suo Regi iam non struxere potentes
Cares, Erythraeis nitidum nec quale lapillis
Nereides Phiosamularia Numina Regi.
Pulchrior

Solue volens, Zoramq; volens dissolue ligatam;
Quid trepidas? vitē frondens complectit. Ulmus,
Atq; Ulmo decori est vitis, cum turture turtur
Stringitur, & querūt sua mutua foedera palmæ;
Quicquid vivit amat, Tadis reparatur & Orbis
Ergo tuo Clarum Generi Genus ordine debes,
Ei seclis debes venturis CLARA Nepotes,
Mutua cura duos posthac vinculumq; iugale
Vos habeant similesq; vrant duo pectora flamma,
Vos in amore iuuet quinta nunc parte fruentes
Oplata Veneris sacrum connectere foedus.
Omnia dent plausus, faustas dent omnia voces,
Enfortunatos Thalamos subiere volentes;
Vivite ut hinc novies ubi pura expleverit Orbes
Luna suos, Cenamiades existat, aperte
Cuius uterq; Parens roseo noscatur in ore
Inter & amplexus ludat formosus Auorum.

F I N I S

